

Lektion 8

1a. Decima legiô per trîbûnôs mîlitum Caesarî grâtiâs êgit, quod dê eâ optimum iûdicium fêcerat.

1b. Decima legiô per trîbûnôs Caesarî grâtiâs êgit, quod dê sê optimum iûdicium fêcisset.

2. Dat negôtium Senonibus¹ reliquîsque Gallîs, quî fînitimî Belgîs erant, ut ea, quae apud eôs gerantur, cognôscant sêque dê hîs rêbus certiôrem faciant. 3. Petunt Bellovacî², ut clementiâ ac mânsuêtûdine suâ in sê ûtâtur. 4. Labiênô³ â Caesare imperâtum est, nê proelium committeret, nisi ipsîus côpiae prope hostium castra vîsae essent.

5. Equitâtum in Aquitâniam⁴ mîsit, nê ex hîs nâtiônibus auxilia in Galliam mitterentur. 6. Nostrî in armîs parâtî erant, ut impedîmenta aggrederentur. 7. Belgae verêbantur, nê omnî Galliâ pâcâtâ ad sê exercitus noster addûcerêtur. 8. Duâbus legiônibus, quâs prôximê cônscrîpserat, in castrîs relictîs, ut, sî opus esset, subsidiô dúcî possent, reliquâs sex legiônes prô castrîs in aciê cônstituit. 9. Prîmâ lûce cônfirmâtâ rê ab explôrâtôribus omnem equitâtum, quî agmen novissimum môrârêtur, praemîsit. 10. Cottidiê equestribus proeliîs, quid hostis virtûte posset et quid nostrî audêrent, perîclitâbâtur.

¹ Senonês, Senonûm m = die Senoner: großer keltischer Volksstamm zwischen Seine und Yonne in der Umgegend des nach ihnen benannten Sens, vormals Agedincum.

² Bellovacus -î m = der/ein Bellovaker: Die Bellovacer waren ein belgischer Volksstamm zwischen Seine, Marne, Mosel und Rhein. Spuren ihres Namens sind im heutigen Beauvais enthalten.

³ Labiênus -î m = Labienus, bei Cäsar Titus Labienus, einer seiner Legaten im gallischen Krieg, im Bürgerkrieg auf der Gegenseite

⁴ Aquitânia -ae f = Aquitanien: Landschaft im Südwesten Gallien, begrenzt vom Atlantik, der Garonne und den Pyrenäen mit iberischer Kultur, einer der drei Teile Galliens.